

LEGES PRO
SENATORIA DIGNI-
TATE TVENDA,
ET VITA RECTE
DEGENDA.

*Ab innominato autore sibi ipse ad eiusq; du-
taxat utilitatem condita.*

*Effe libro no tiene Autor ni
impreessor ni lugar.*



Ad seipsum.

V A M primum te Senatorem renūciatum esse intellexi , in quo ordine lectissimi , atque religiosissimi viri cooptari solent , excogitare cœpi , qua ratione pondus istud gravissimum honeste , animoseq; sustinere posses , ac statim subiit in mentem vitam , motes , animumque ipsum ita instituendū esse , ut non solum præstes , quod est Senatoris proprium , sed etiam quod de Senatore legē duodecim tabularum sub ijs verbis cautum erat , vitijs vacato , cæteris specimen esto , atque ideo operæ pretiū esse duxi , summatim , & per capita præscribere , quid in hoc senatorio munere , atque in omni vita parte tibi faciendum sit , quidque fugiendum , vt enim hominū cætus non aliter in vnum coire , neque ciuitates stare , neque Res publicæ gubernari possent , nisi certas leges quibus pareant , quas obseruent sibi ipsis imponant , vtque omnis status , veleorum qui maleficio , & scelere pascuntur , nisi præcipuis legibus fundatus esset penitus

A ij concideret ,



LLVD imprimis eos curare oportet, qui magistratum sibi mandatū recte, sancteque gerere voluerint, ut Diuini timoris sint perquam studiosi. illa enim princeps sapientia, qua omnia recte gubernantur, ab ipso diuino timore initium summit. cuius qui expers fuerit, in magnos incidat errores necesse est: huic consequens est vitam pie, sancteque instituere, diuina mandata tota mente, omni studio, atque sollicitudine quantum humana concedit fragilitas custodire. Hæc a te qui Senatorio munere longe omnium præstantissimo fungeris, præcipue sunt obseruanda, sub ijs præscriptis, ut sacratissimam Eucharistiam quinquies saltem in anno pie, deuoteque sumimas, ut quotidiane si modo fieri possit, celebrationi missæ ad memoriam passionis domini nostri Iesu Christi celebrandā toto animo interesse debeas, ut cures ne nomen dei omnipotentis, atque omnium sanctorum, venerandum quā maxime vanis, inutilibusque sermonibus efficiatur, ut quotidiane preces Deo, Opt. Max. statis horis fundas. in quibus illi agendæ sunt